s. d. Reverende domine Praeceptor & Pater
in Christo colende. In deliberatione Noriber:
gensi utrumque mihi accidit de quo versus
dicunt. ἔλπις οὐ σαθερὴ σαίνῃ φρένας
ὥσπερ ὄνειροι. Ἢ φῇς μοι πολλὰ
δόμεν καὶ ἐς ὕστερον οὐχ ἅλα δοίης.
Nequaquam enim dimissionem impetro,
etiamsi eam nimis importune & inverecunde
multoties petiui, & querelis meis
περὶ τῆς Ἀκαδημίας καὶ Οἰκονομίας ἐμῆς
nihil aliud opponitur quam aureus ille
Mons, Designatio Antistitis Caminensis
sub quo, Ultima Cumaei veniet iam
Carminis aetas. De Noriberga
igitur molestus illud cogito, Est virtus
placitis abstinuisse bonis. & quod faelix
& faustum sit iubente Principe in
Patria maneo, spemque metumque inter dubius.
et Magistratui Noribergensi operam me:
am hoc tempore nego. Etsi autem
responsio mea non minus mihi est acerba
quam ipsis ingratam fore puto, cum res
toties prorogata tanto cum sumptu,
tantaque cum beneuolentia & studio sit
acta. Tamen non aliam video Conso:

C 107 f 19.

lationem . nec aliam excusationem quam opponā
dolori meo & expectationi ipsorum, quam il
lud Ieremiæ Scio Domine quod non est
hominis via eius. Reuerenter igitur
oro vt tuo etiam suffragio & autoritate me
Summo viro D. Bumgartnero excuses.
& vt facilior sit excusatio alium meo loco
designes.

~~[illegible]~~

Fratrem meum
quem istic nunc esse existimo, vt diliga:
tis, & ad doctrinam exsuscitetis oro.
Quod ad me attinet, vt Principi ipsi
ante triduum dixi, spectator ero
quorsum euasuræ sint spes promis
sæ, quæ si erunt inanes, primā
quamq; occasionem amplectar. Gar
cæum expectamus anxiè. Dominus
noster Jesus Christus seruet & tueatur
vos omnes & Ecclesiam vna cum Aca
demia vestra. Gryphiswaldi. Pridie
Michaelis.

Vester.

Iacobus Runge.



5

V.

Reuerendo viro Domi-
no Philippo Melan-
thoni Praeceptori &
Patri suo in Christo
perpetuo colendo.

4.

Rivgius